



h. 10

T

S.

I

A



h. 109, 53.

A
PRISCA

TERRA. REGNITIANA

SECERNIT

AB

S.R.I. ADVOCATIS. PLAVIENSIBVS
ET. GERANIS

ADDITA

GYNAECEO. CVRIANO

AD

SERENISSIMAE. CELSISIMAE. Q. PRINCIPIS
AC. DOMINAE

DOMINAE

FRIDERICAE. SOPHIAE
WILHELMINAЕ

MATRIS. PATRIAЕ. INDVLGENTISSIMAE

NATALEM

IPSIS. NONIS. QVINCTILIBVS. CICIOCCCLX

AB. ILLVSTRI. CVRIANO

H. L. Q. C

QVA. PAR. EST. PIETATE

OBEVNDVM

CVRIAЕ. PROCERES. CIVES. Q

DEBITO. CVLTV. CONVOCATVRVS

GYMNASII. RECTOR

PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS

A. M. FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC. HONORARIVS

CVRIAЕ. REGNITIANAE
LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII
GVMN. TYP



DE QVIBVS DAM GYNAECEI CVRIANI

§. I.

Aduocatorum familia Plauiae sedem suam collocans ab illa, cuius Wida sedes et Curia nostra fuit propria, plane erat distincta, et si ex vna eademque gente. Iam cum illa tamen gynaeceo Curiano ex more istius seculi-Clarae facro inque eius vel vti natalibus potissimum aliqua donauerat, de alieno liberalis fuisse, si ad Regnitiana spectasent.

§. II.

Ea vero quam quam interiacet Curia; nihil tamen obest, quo minus Plauenses ista tenerent. Tenuerunt enim ultra quoque tractum Moenchbergensem, i.) quem forte adtigerunt, de quibus nunc.

§. III.

Ambulaueris a Curia tua vix millia passuum bina meridiem versus, incides in Laufenhofium. Cuius istud fuerit, discas ex hoc:

Wir Heinrich der elder voigt von Plawe, den man nennet den langen, bekennen öffentlich mit disem brife vnd tun kunt alle den di in sehen horen oder lesen, das wir durch got, seiner muter marien vnd durch aller heiligen ere willen, vnd auch durch alle unsire vordern sel, unsrer selbes vnd alle unsire nachkumlinge sel heile willen haben di guter di von vnsfern eldern zu lehen sein gan-gen, vnd auch von vns zu lehen gen, zu der Lusen, di johans des croppers gewest sein, geeygent haben, vnd alle eygen, dem nuen closter sente claren zu dem Hofe namen di vrouwens des selben closters, di vorgenanten gut recht vnd redlich wider den vorgenanten croppen gekaufet haben ewiglich da key zu bleiben, vnd wollen di auch vf den selben guten schützen vnd schirmen getrewlich als wir beste kommen vnd mugen, Vnd das di vor beschrieben rede stet vnd ganzter blibe, Des haben wir unsre insgel an disem brif gehangen, Der geben ist nach Cristi geburt dreizehen hundert iar in dem funfzigsten iar am dinstag nach iuocauit.

Ista vero iam duo tenent, quibus a Principe per gynaecei praefectum conseruntur, et non iam Laufen quam Laufenhof iam quidem client.

§. III.

i.) Ceu exposui a Prisca Terra sua §. II. seqq.
Regnitiana secernens Moenchbergen.

A TERRA REGNITIANA DIVERSIS.

§. III.

Si inde ad occidentem solem deflectis, ad primum pene lapi-
dem est villa exigua *Eptas* 1.) hodie dicta, ex maiorum *Eppeleins* 2.)
contracta. De hac sequens:

*Nos Heinricus senior dictus longus et Heinricus junior fratres
aduocati de plawe petentibus publice profitemur, cum honesta ma-
trona Gerdrude voluntate Johannis de Vtenhofen illa bona que ipse
Johannes 3.) et sui heredes, a nobis in pheudo tenuerunt videlicet
sextam dimidiam librarum hallenium, viginti tres modios sili-
nis, et sedecim modios auene, qui nuncupantur modii marchionis 4.)
in villis infra scriptis in eppeleins 5.) in pergen 6.) in venz-
kouwe 7.) et in aliis quibuscumque ad claustrum ecclesie sancte
Clare in Curia Regnitz quod de novo est construendum pro
me propter deum et in salutem dicte domine omniumque successo-
res et successorum suorum donavit, de bona voluntate et nostra bo-
na nobis tytulo pheudali libere resignavit, unde supra dicta bo-
na propter Deum sueque matris marie et omnium sanctorum omni-*

V 2

iure

1.) De qua contractione plura in
Sichern Nachricht. von Branden-
burgculmbach P.I. Cap.III. p.270.sq.

2.) Vt de hoc in Neulino meo
§. VIII.

3.) Gerdrudis illius maritus ex
interpretatione Friderici Bambergensi-
sis Praefulsi in literis §o sequenti
transcribendis.

4.) Cuius etiam mentio in eadem
tabula nostratisbus *Markgrafen-*
scheffel dicti atque adhuc non
obliterati. En eius monumentum il-
lis haud multo recentius, do man-
zalt von Cristes geburte drey-
gehen hundert jar dar nach in
dem siben vnd sechzigsten jar an
dem nebst den dinstage nach mitz-
tere vasten! In hoc enim Berchtol-
di de Vtenhofen Clarae dicatis vir-

ginibus hic loci vendidit inter alia
vnsern halben teihn, den wir he-
ten an dem Margrauen scheffel, den
wir auch heten, wo oder in wel-
chem dorff der gelegen ist, den
erberig lewte oder gepawer ge-
ben. Facesant igitur, qui eius ori-
ginem ex eo tempore petunt, quo
Burggrauii Norimbergenses Marcaim
Brandenburgicam suo iure conse-
cuti *Markgrauiorum* nomine insi-
gniti sunt, quippe quod demum
anno cccccxv. factum nouimus.
Reditus enim isti hic locorum iam
longe ante, quam Curia a Frideri-
co V. fuit einta, id est, iam sub Ad-
vocatis in vsu fuerunt.

5.) De quo hic sermo.

6.) De quo §o sequenti dicetur.

7.) Vt de hoc §. VI.

DE QVIBVS DAM GYNAECEI CURIANI

jure ad dictum claustrum sancte Clare iuste appropriationis approbavimus et petentibus appropriamus. Huius rei testes sunt Cunradus et Ulricus dicti Sacci milites, Fridericus et Eberhardus de Langenbodenheim lossu, Cunradus de Machwitz, Hermannus Coppo et alij quam plures fide digni et ad sufficientem cautelam sigillum nostrum duximus appendendum. Datum Plawe anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo octavo in vigilia beati Jacobi apostoli maioris.

Qui factum, vt in gynaeceum nostrum nihil amplius inde reduntet, quam in vulgus notum Pfaffenschessef, mei non est inquirere.

§. V.

Quale autem istud *Pergen*, quod in literis modo transcriptis occurrit? Est quidem adhuc in Curiana prouincia villa egregia *Berg* magis septemtrionem versus supra primum ab urbe lapidem; sed ei, Plauiensis tum nihil habuerunt, quod imperarent. Potius familiae et ab hac diuersae, Geranae puta, fuit *Berg* cum aliis. 1.) Praeter ea hoc numquam *Pergen* in antiquis monimentis dictum inueni, sed aut *Berg* vel *Perg*, aut zum *Perge*. 2.) Nescio igitur in proximo aliud, nisi quod in vicina praefectura Vogtsbergensi urbem nostram inter ac Adorfium *Bergen* nomine accolis notissimum. Illud enim tunc parebat Plauensisibus, iam quidem Saxonibus. 3.) Nec alia est scriptura in literis Bambergensisibus, quas iuuat integras 4.) describere:

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Fridericus Dei gratia Episcopus Babenbergensis uniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis benedictam salutem in omni salvatore. In uicie nobis debitum seruitutis exposcit ut inter alias nostri officij sollicitudines hoc potissime cordi nostro insidet quod basilice claustra et monasteria in quibus memoria et passio Christi pro salute homini

1.) Quod pluribus docui ante annum Clientes Ruthenicos adhuc in Prouincia Curiana Residuos a Terra Regniana secerrens.

2.) Qualia colligas ex Sichern Nachr. von Brandenburgulmbach P.I. Cap. II. sub *Berg* p. 103. seqq.

3.) Ceu discas ex Wabstlio vom Chir = Fürstenh. Sachs. Beyl. pag. 100.

4.) Quae praelibauit in Reformationis Lutheranae, quae obtigit Curiae nostrae, Prolusione I.

A TERRA REGNITIANA DIVERSIS.

hominum et humana redēptione et peccatorum liberatiōne cōtīdie recolitūr et sanctorum ſolemmia ac natalitia venerantur noſtris temporibus fundentur et ut in hiis diuinus culius in Domīno feliciter augeatur, ſane in Chriſto deuota matrona Gerdrudis de Vtenhofen vidua Hainricus, Johannes et Katherina ſue proles pro remedio animarum quondam Johannis mariti ſui patris dictorum precipuorum heredum parentum aliorumque progenitorum ſuorum temporalia in eterna ſibi felici et pia intentione commutatione dēſiderantes clauſtrum ſive monaſterium ad lai de.n et honorem omnipotentis Dei ſueque matris glorioſe virginis marie et ſpecialiter ad titulum et ſecundum ordinem sancte Clare, quem beatus Franciſcus diuinitus iſtituit et sancta ſponsa ecclēſia canonice approbavit in opido Curie Regnitz in fundo et area videlicet vbi quondam fuit curia strenui militis dicti Murring pie memorie noſtre diuionis, qui quidem fundus et area iure hereditario ac proprietatis titulo, ad dictam viduam et predictos heredes pertinet, fundare et cum omnibus bonis ſuis adeo ſibi collatis que inferius deſcribuntur edificare et dotare intendunt. Igitur ex parte eiusdem matrone et dictorum heredum nobis extitit humiliter ſuppli- catum quatenus huius modi fundationem edificationem et dotationem predicti clauſtri ſive monaſterii approbare ac eisdem conſenſum noſtrum adhibere et auctoritate ordinaria conſirmare, fauorabilier dignaremur. Nos igitur iuſtiſis et piis huiusmodi precibus preſcre marrone et heredum digne prout expedit clementer inclinari eadē fundationem edificationem et dotationem factas et faciendas ratas et gratias ſicut rite facē ſunt habentes, easque approbamus ac Chriſti nomine invocato conſirmamus preſenribus in hiis ſcriptis, ita videlicet ut fit et fiat clauſtrum ſive monaſterium iutuli sancte Clare in quo per ſancti moniales inibi degentes miſe matutine certeque hore canonice psallantur ac in eo vigilie ieu- nia ac alia miſericordiarum opera exerceantur, et creatori noſtro laudes ſuper iudicia iuſtitie ſue referantur, Preterea fundum et aream in quo dictum clauſtrum ſive monaſterium eſt fundatum et fundandum ac edificandum, nec non bona inferius ſpecificata cum quibus eſt dotatum dictum monaſterium ac redditus eius ſeu alia quecumque bona, que ex largitione fidelium eidem monaſterio in ante pie donantur et precipue bona feodalia per nobiles viros Hainricum ſeniorem et Hainricum juniores aduocatos de Wyda,

DE QVIBVS DAM GYNAECEI CVRIANI

item Hainricum seniorem dictum longum et Hainricum juniores fratrem suum aduocatos de Plaw 5.) etiam ipsi monasterio sua gratia et libertate ac litteris et privilegiis eorum unita approbata et firmata bona insuper que per ipsum monasterium empationis titulo comparantur vel ex testamento ipsi monasterio legantur eximimus ab oneri iugulo et onere cuiuslibet laice potestatis, volentes et decernentes prefatum monasterium per nos ut premittitur approbatum et confirmatum ea immunitate et ecclesiastica libertate ac nostra et successorum nostrorum tuitione gaudere et tueri debere qua alia claustra monasteria seu beneficia ecclesiastica nostre ciuitatis et ditionis gaudem specialiter et tuentur. Bona vero cum quibus sepe dictum claustrum seu monasterium per prefatam patronam ac heredes predictos est fundatum et dotatum sunt hecque secuntur, De villis in Eppeleins, 6.) in Pergen, 7.) in Ventzkow, 8.) quinque libras hallensium cum dimidia viginti tres modij filiginis et sedecim modij auene qui nuncupantur modij marchionis, 9.) item de villa in Kotzgow 10.) de una area viginti quatuor modij filiginis et dictus windische soluit unam marcam 11.) item de villa dicta Haid 12.) tres libras hallensium cum dimidia item de villa Lubenitz 13.) quatuor marce, item de villa Dresendorf 14.) quinque marce et tres ferrones, 15.) item de villa

5.) Ad quos sola infra nominata Eppeleins, Pergen et Ventzkow spectent, ut constat ex §o praecedente.

6.) Quam in rem vide §. superiore.

7.) De quo hic.

8.) De quo deinde.

9.) Plane ut in literis Plauiensibus superiori §o, quae nota 4. de hoc reddituum genere quaedam exhibet.

10.) Quod hodie praefigendo Uniter a Kozaui superiori distinguitur.

11.) Quam in rem euolute Schlegelium de Nummis Antiq. §. LII. seqq. nuperque defunctum Heusingerum de Veteris Pecuniae Germanicae Pretio

§. VII. Quarta autem marcae pars audiebat ferton, de quo paullo post nota 15.

12.) Quod nomen adhuc supereat.

13.) Nostrisibus Leimiz haud procul ab vrbe orientem versus dictum.

14.) Quod aequa sub nomine Dresendorf haud procul ab vrbe orientem versus est.

15.) Quod in priscis haud infrequens, ceu videoas in de Ludewig Rel. MSSCT. Tom. I. p. 66. 105. 122. 342. Tom. V. p. 60. 72. 73. 74. 101. 427. Tom. VIII. p. 674. et Heusingero paullo ante laudato. Est autem sine dubio ex Germanico Vierding sive

A TERRA REGNITIANA DIVERSIS.

villa Tauperlitz 16.) de molendino dimidiā marcam et ibidem due
marce cum fertone et decimam totius ville, et dimidiā marcam
de agris Stoketh nuncupatis, item de Curia Regnitz mira et extra
ciuitatem tres marce homines feodatarij vulgariter verlebent leu-
te nuncupati agri campestres extra ciuitatem pratum quod dici-
tur czu der Stauden pratum dictum auf dem Tiche pratum dictum
di Darrewise, item orti humili in Kotzkow, item piscatio in Sala,
item de villa czu dem Pferde 17.) una marca de una curia, item
vnum macellum in ciuitate Curie Regnitz. Ut autem premissa
omnia et singula firma et illibata in perpetuum permaneant presen-
tes litteras conscribi easque nostri sigilli appensione fecimus communi-
niri in testimonium et perpetuam memoriam predictorum. Datum
anno Domini millesimo CCCXL. octavo sabbato post Assumptionem
gloriosè virginis Marie.

Quocumque autem sit, quo haec respiciunt, Curianum Berg an Sa-
xonicum Pergen; sane gynaeceum nostrum iam quidem haurit ex
neutro eorum aliiquid.

§. VI.

Eadem ratio est in tertio 1.) Venzkouwe, quod ab vrbe nostra fere
trium horarum spatio distat versus septemtrionem, hodie frequentius
Senzigau adpellato. Illud numquam in potestate Burggrauiorum
Norimbergensium fuit, sed in Aduocatorum tutela, quorum posteris
Illustrissimis Comitibus de Reus vel adhuc paret.

§. VII.

Omnium autem proximum est vrbi Alzenberga, quae olim pa-
ruit Geranis Aduocatis. 1.) Hic vero idem valet, quod supra 2.) posui.
Sed

Ver tel, quod quartam partem
alicuius rei denotat, ortum et Latino-
rum more inflexum, ut post alios do-
cuerunt Hartknochius in Piussia P. II.
Cap. VI. §. VI. p. 518. Cel. Haren-
bergius in Hist. Eccles. Gandersheim.
p. 645. et omnium optime, ut alia,
Schlegelius §. LII. ac LV. Hinc lo-
cupletandus Wachterus.

16.) Quod pariter superest ab vrbe
meridiem versus.

17.) Quod se ab altero inferiori di-
stinguit nomine Oberpferd.

§. VI. 1.) Puta literarum, qua §. III.
et V. in medium posui.

§. VII. 1.) Vide Sichere Nachr. von
Brandenburgsmbach P. I. Cap. II.
v. Alzenberg p. 72. seqq.

2.) §. I. seqq.

QK 9k 490

•••••(**)••••


Sed iam ad alia!

IOANNES FRIDERICVS LEONHARD, Mislarutafaxo, eadem, qua ante annum, pietate ductus Graece inuestigabit, corporis animue sanitas praestantior, optatus, ut CELSISSIMAE PRINCIPI mente sana abundansime dotatae sit corpus sanum.

IOANNES ERHARD LIBERMAN, Rehauiensis, vernacula expendet.
Fridericus de Augusta Burggrauiorum Norimbergensum Hohenzolleranae stirpis S. R. I. Septemuir primus Marca nacla plus acceperit, an dederit.

JOANNES ADAM HAGEN, Neulinensis, in memoriam reuocabit mutuum AVGVSTAE DOMVS BRANDENBURGICAE inter se communium deuectus in amplissimum campum CELSISSIMAE FRIDERICAE SOPHIAE WILHELMINAE diuturnum atque felix vouendi matrimonium, quanto illud propius conspiciendi ei copiam facit V. Praenob. et Amplissimus Ioannes Iungius, de Praefectura gynaecei Curiensis ad Principis S. abulum Secretarii nomine euocatus, quo filio suo Carolo Elisaeo bonae spei adolescentulo simul hinc in Illustre Christianerenslinum transeunti, vt in nostro hac tenus, adsit. Et qui hoc inuideamus Hagenio, qui omne tuit punctum per integrum sexenium! Principium seruebat, nec ad extreum sui dissimilis. In publico confesu bene fletit carmine Germanico in *Martini Lutheri memoriam*, quae cum dignissimae, anno 1510CCL, in sequenti carmine Latino heroco, quibus fruimur Musarum ociis sub SERENISSIMO FRIDERICO, praeferens pompaे illi, quam ducebat Roma anno isto, quem adpellat sanctum, hoc, quem agimus, Graeco Ebraicoque ore commilitonibus addens calcar ad celebrandas Dei ter optimi maximi laudes ex prouentu, quem largissimum annus superior adulit. Haec per illud bieannium ac semestre, ex quo primae classi fuit Iuso iure adscriptus. Nuper etiam aliquoties descendit in arenam disputatoriam cum adplausu suorum commilitonum. Ceterum proposita semper adsecutus est stilo elegantiori. Contingat mettam, quam in theologorum circo sibi praefixit, ex voto nostro matrisque honestae viduae Wolfgangi Adami senatoris in patriæ conspicui.


Hos ego excipiam explicaturus nummum argenteum D. Georgii Friderici Marchionis Brandenburgi anno 1510LXXI. cufum. Quacuncta Patroni literarum ea frequentia atque voluntate audiant, qua flammis inspirari posse languentibus censem, quo decet cultu, rogo.



VD 18

Mr. C.





H. 109, 53.

A
PRISCA
TERRA. REGNITIANA
SECERNIT

AB
S.R.I. ADVOCATIS. PLAVIENSIBVS
ET. GERANIS
ADDITA
GYNAECEO. CVRIANO

AD
SERENISSIMAE. CELSISIMAE. Q. PRINCIPIS
AC. DOMINAE
DOMINAE

FRIDERICAE. SOPHIAE
WILHELMINAE

MATRIS. PATRIAE. INDVLGENTISSIMAE
N A T A L E M

IPSIS. NONIS. QVINCTILIBVS. CICIOCCCL
AB. ILLVSTRI. CVRIANO

H. L. Q. C
QVA. PAR. EST. PIETATE
OBEVNDVM

CVRIA E. PROCERES. CIVES. Q
DEBITO. CVLTV. CONVOCATVRVS
GYMNASII. RECTOR

PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS

A. M. FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC. HONORARIUS

CVRIA E. REGNITIANAE
LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII
GVMN. TYP



Vk
490

